



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Martyrvm S. Hermeni Gildi, filij Regis VVisigotthorum, per D. Gregorium Papam lib. 3. dialog. cap. 31. Coronatus est anno Domini 584. vt docet Baronius, quamuis alij aliter atque aliter sentiant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42716**

Ius exitum nullo modo inuenire poterat. H  
vir sanctus per spiritū comperto quid fecit  
furem illum, compedibus vincitum in carcere

Misericordia  
animi & be-  
nignitas S.  
Martij.

misi? immo Präpositum misit, qui miserum  
lum dura peccati seruitute oppressum liberat  
ac blandis prijsque monitis instructum, rebus  
illis quæ per fraudem collegerat donatis, or-  
stum dimitteret. Niuardus quidam diurna-  
bre detenus, postea à frequentiore aqua ha-  
hydropice intumuit: quæ infirmitas cùm omni  
sanitatis spem proinvis illi præcidisset, cura  
se vehiculi beneficio ad sanctum deferrit, qui  
oratione pro illo prostratus, blandissimo manu  
suæ contactu, sanum eum & incolumentem re-  
tuit: nec hunc modò, sed alios quoque alijs  
que alijs languoribus oppressos, mira faciliter  
sanitati restituit.

Obit vir  
Dei.  
Claruit mi-  
raculis post  
obitum.

Ipse autem ætate nonagenarius, bono de-  
dans certamine, ad sempiternam iustitiam con-  
nam commigravit, cuius tumulus multis mar-  
culorum virtutibus illustris, clarius eximi-  
viri sanctitatem loquitur.

To. 7. Anna,  
& innot.  
Mart. Rom.

MARTYRIVM S. HERMENIGILDI  
filij Regis VVifigothorum, per D. Gregorium  
pam lib. 3. dialog. cap. 31. Coronatus est anno Do-  
mini 584. vt docet Baronius, quamvis alijs  
atque aliter sentiant.

13. Aprilis.  
Hermenigil  
dum cōuer-  
tit Leander  
Episcopus.

**S**icut multorum, qui ab Hispaniarum pa-  
bus veniunt, relatione cognouimus, nups  
Hermenigildus rex, Liuigildi regis VVif-  
gothorum filius ab Arriana heresi ad fidem O-  
thol. cam, viro reuerendiss. Leandro Hispani-  
ra eius p

mo episcopo prædicante, cōuersus est. Quem pa-  
ter Arrianus vt ad eandē hæresim rediret. & præ-  
mijſ suadere, & ministerre conat⁹ est. Cumq;  
ille constantissimè responderet, nunquam se ve-  
ram fidem posse relinquere quam semel agno-  
uisset, iratus pater eum priuauit regno, rebusque  
expoliauit omnibus. Cumq; nec sic virtutem  
mentis illius emollire valuisset, in arcta ilium  
custodia concludens, collum manusque illius  
ferro ligauit. Cœpit itaque idem Hermenigil-  
dus rex iuuenis regnum despicere, & forti desi-  
derio cælesti quærens, in cilicijs vinculatus ia-  
cens omnipotenti Deo ad confortandum sē pre-  
ces effundere, tantoq; sublimius gloriam trans-  
euntis mundi despicere, quanto & religatus no-  
uerat nū fuisse, quod potuerit auferri.

Mittitur &  
parte in  
caeretim.

Superueniente autem Paschalis festiuitatis  
die, interpestæ noctis silentio, ad eum perfidus  
pater Arrianum episcopum misit, vt ex eius ma-  
nu sacrilegæ cōsecrationis cōmunionem perci-  
peret, atq; per hoc ad patris gratiam redire me-  
reretur. Sed vir Deo deditus, Arriano episcopo  
venienti exprobauit vt debuit eiusque à le perfi-  
diam dignis increpationibus repulit: quia etsi  
exteriū iacebat ligatus, apud se tamen in ma-  
gno mentis culmine stebat securus. Ad se itaque  
reuerso episcopo, Artianus pater infremuit, sta-  
timq; suos apparitores misit, qui constantissimū  
Confessorem Dei illic, ubi iacebat, occiderent:  
quod & factum est. Nam mox vt ingressi sunt, se-  
curim, cerebro eius insigentes, vitam corporis  
abstulerunt: hocq; in eo valuerunt perime-  
re, quod ipsum quoque, qui p̄emuptus est, in se  
confiterat despexisse. Sed pro ostendenda ve-  
ra eius gloria, superna quoque non defuere  
M 2 miracu-

Cōmuni-  
nem Arria-  
nā repulit.

Perimitus  
in carcere.

miracula. Nam cœpit in nocturno silentio, modiæ cantus ad corpus eiusdem regis & martyris audiri: atque adeò veraciter regis quidam martyr.

Quidam etiam ferunt, quod illic nocturno tempore accensæ lampades apparebant: & factum est, quatenus corpus illius, ut videlicet martyris, iure à cunctis fidelib⁹ venerari debet. Pater vero perfidus & paricida, commo<sup>n</sup>pœnitentia hoc fecisse se doluit, nec tamquam ad obtainēdam salutem. Nam quia vera Catholica fides agnouit: sed gentis sue timperterritus, ad hanc peruenire non meruit. Ob orta ægritudine ad extrema perductus est Leandro Episcopo, quem prius vehementer adxerat, \* Richardum regem filium suum, quem sua hæresi reliquerat, commendare curauit, ut ipso quoque talia faceret, qualia & in fratre adhortationibus fecisset. Qua commendatio expleta defunctus est.

Post cuius mortem Richardus rex non pauperfidum, sed fratrem martyrem sequens, ab Ariana hærefoeos prauitate conuersus est. Tunc quoque Visigothorum gentem, ita ad veritatem perduxit fidem, ut nullum in suo regno militem permitteret, qui regni Dei hostis existere pertinet, etiam prauitatem non timeret. Nec mirum quod veræ fidei prædicator factus est, qui fuit martyris: cuius hunc quoque merita adiuvante ad omnipo<sup>n</sup>tis Dei gremium tam multum reducat. Quia in re considerandum nobis est, quod totum hoc agi nequaquam posset, si Hermengodus rex pro veritate mortuus non fuisset. Nescitur ictus est. Nisi granum frumenti caderet in terram mortuum fuerit, ipsum solum manu

\* Recchare.  
dum.

Recchared⁹.  
Rex ex Ar-  
riano fit  
Catholicus.

Iohann⁹ 12.

si autem  
Hoc fieri  
mus in  
vnum m  
granum  
animam  
VITA  
sanè  
Brug  
diſſu  
motu  
comp  
Sancti  
F VI  
admodum  
tronilla  
pietatis  
ter prole  
pit, cum  
bus, tu  
prædicta  
wynne  
nabulus  
cruciatu  
sanctitati  
nim diu  
minem  
magnos  
velit. C  
gisset, c  
mentem

si autem mortuum fuerit, multū fructum afferat.  
Hoc fieri videmus in membris, quod factum sci-  
mus in capite. In VVifigothorum etenim gente,  
vnus mortuus est, vt multi viuerent: & dum vnū  
granum fideliter cecidit, ad obtainendam fidem  
animarum seges multa surrexit.

VITA. s. LYDVVINAE VIRGINIS,  
sanè admiranda, ex ea qua est per Fr. Ioannem  
Brugmannum Franciscanum. Obiit virgo san-  
ctissima anno salutis millesimo quadringentesi-  
mo tricesimo tertio, 18. Kalend. Maij. Necdum  
compertum, Lyduuinam hanc, licet Sanctissimā,  
Sanctorum Catalogo ascriptam.

**F**uit in Comitatu Hollandiæ, oppido Schie. 14. Aprilis.  
dam, Petrus quidam Ioannis filius, qui non Lydvvine  
tam diuitibus, quān honestis & religiosis patria & pa-  
admodum ortus natalibus, vxorem habebat Pe- rentes.  
tronillam, foeminam cùm alijs virtutibus, tum  
pietatis in primis studio insignem; ex qua, præ-  
ter proles masculas octo, puellam vnicam susce-  
pit, cùm alijs multis & animi & corporis doti-  
bus, tum verò eximia forma ac pulchritudine  
preditam: cui per regenerationis lauacrum Lyd-  
vynæ nomen impositum fuit. Hæc ab ipsis cu-  
nabulis, varijs exercita corporis doloribus ac  
cruciatibus, ad perfectionis ac totius quoddam  
sanctitatis culmen à Domino prouecta est. Sic c-  
nim diuina prouidentia statuisse videtur, vt ne-  
minem ad insignem sanctitatis gloriam, nisi per  
magnos labores & ardua certamina peruenire  
velit. Cùm virgo septimum ætatis annum atti-  
gisset, coepit, puellarum consortio posthabito,  
mentem pariter & corpus D B O consecrare;

M 3 pror-